



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Sacerdotale Ad consuetudinem S. Romanæ Ecclesiæ
aliarumque ecclesiarum ex Apostolic[a]e bibliothec[a]e ac
Sanctorum Patrum iurium sanctionibus, &
ecclesiasticorum doctorum scriptis ...**

Venetiis, 1579

Quæ sint prædicanda à sacerdotibus plebibus suis. cap. 5

urn:nbn:de:hbz:466:1-40307

Que necessaria sunt vt sacerdos fiat

rare, nec quod facere quod patrum possit regulis obuiare. Que res a nobis digne seruari debet, si decretalium nomina statutorum, p aliquoribito licentia populi pmissa, non frangat. **Et in concilio Aurelianensi. cap. 6. d.** Parochiarum clerici a pontificibus suis necessaria sibi statuta canonice legenda percipiant: ne rei ipsi, vel populi, qui pro salute eorum decreta sunt, excuset se postmodum ignorasse.

Sacerdos parochialis debet suis subditis predicare ca. 4.

Quoniam itaque sacerdos et bona vita, et scientia lucida, accingat se ad predicationis officium: et si sibi tradita gratiam plebibus suis verbum salutis annunciet: et si et non multa polleat scientia, si tamen posse suum verbo et exemplo omnibus prodesse studeat. Unde beatus Augustinus dicit.hortamur vos Domini sacerdotes paratos esse ad docendas plebes vestras. Qui scripturas scit, predicet scripturas: qui vero nescit, hoc saltem, quod notissimum habet, plebibus dicat, ut declinent a malo et faciant bonum: inquirent pacem, et sequantur eam. Quia oculi domini super iustos, et aures eius in preces eorum. Cultus autem domini super facientes mala: ut perdat de terra memoriam eorum. ps. 33. Nullus ergo se excusare poterit, quod non habeat linguam, unde possit aliquem edificare. Ad hoc enim, ut quemlibet errantem viderit, potest et valet: aut arguendo, aut obsecrando, aut increpando, ab errore retrahat: et ad peragendum opus bonum hortetur.

Que a sacerdotibus sunt ius populus predicanda Cap. 5.

Que autem a sacerdotibus suis plebibus sint predicanda, et annuncianda sequentes canones denunciant. **Ex concilio Rothomagensi. Ca. 1.** In primis predicandum est omnibus generaliter, videlicet, ut credant patrem et filium et spiritum sanctum unum Deum esse omnipotentem, qui omnia fecit: et unam esse deitatem et substantiam et maiestatem in tribus personis, patris et filii et spiritus sancti. **Ibidem. cap. 2.** Item predicandum quod filius dei incarnatus est de spiritu sancto ex Maria Virgine, pro salute humani generis passus, sepultus, et tertia die resurrexit, et celum ascendit: et quando in fine mundi veniet iudicare omnes homines secundum propria opera: et impij cum diabolo in ignem eternum mittentur: iusti cum Christo in vita eterna erunt. **Matth. 25.** **Ibidem. Ca. 3.** Item predicandum quod homines in propria carne resurgent. **Ex concilio Remensi. Ca. 2.** Iubendum est

Que sunt a sacerdote plebibus predicanda.

4

est vt Oratio Dñica, in qua oia necessaria humane vite cõpre
hẽdunt: 7 Symbolũ Apłorũ, in quo fides catholica ex integro
comprehendit, ab oibus dicat, tam latine q̃ barbarice: vt qđ
ore profert, cordis credat, 7 intelligatur. **¶ Ex eodem. Cap. 8.**
Dis presbyter oibus parochianis suis Symbolum 7 orõnem
dñicam, aut ipse insinuet, aut alijs insinuandũ inũgat. Et cũ
ad confessionez tẽpore quadragesime veniunt, hęc ab vnoquo
que memoriter sibi decantari faciat. Nec ante scãz cõronẽ ali
cui tradat, nisi hęc ex corde pronũciare voluerit. Siquidẽ sine
horũ sciẽtia nullus saluus esse poterit. In vno enim fides 7 cre
dulitas chřiana otinet. In alio quid adorare 7 petere a deo de
beamus exprimit, Qđ verò sine fide nemo p̃t esse saluus, dñs
ostidit cũ dicit: Marci vlti. Qui crediderit 7 baptizatus fuerit,
saluus erit. Nullus autẽ credere p̃t qđ nescit, nec audiuit. At
enim Paulus, Quõ credent ei, quẽ non audierũt: Nec sola suf
ficit fides in corde, nisi ẽt verbis enunciet, vt idem Apostolus
testis est. Corde enim (inquit) credis ad iustitiam, ore autẽ cõ
fessio fit ad salutem. Rom. 10. Nullus autẽ de stoliditate sensus,
7 tenuitate ingenij causef, qz hęc tam parua sunt, vt nemo faz
hẽdes 7 barbarus sit, qui hoc discere, 7 verbis cõibus pronun
ciare non possit: tam magna: vt qui horum sciẽtiam plene ca
perẽ poterit, sufficere sibi credatur ad salutem perpetuam.

**¶ Sacerdos populum instruere debet, q̃ varia supersti
tionum genera vitet, 7 de illorum penis.**

Quia vero fides super oia inconcussẽ 7 firmiter tenenda
est: 7 oia diaboli figmenta ipsi fidei aduersantia propul
sanda sunt: sacerdos admonere populum debet de sortilegijs,
prestigijs, incãtationibus, obseruationibus tẽporum 7 rerum:
¶ Et ecclio Bracarensi. Cap. 6. Siquis diuinos 7 sortilegos
in domum suam introduxerit, quasi vt maluz foris mittat: aut
maleficia inueniat, quinqz annis peniteat. Et eodem cap. 10.
Non licet chřistianis traditiones gentiũ obseruare, vel colere
elementa, aut lunaz, aut stellarũ cursuz, 7 inanẽ signorũ falla
ciam considerare pro domo faciẽda, 7 ad coniũgia sociãda.
Scriptum est eniz Colof. 3. Oia quecunqz facitis in verbo, aut
in opere, in nomine Domini nr̃i Jesu Chřisti facite: gratias
agentes Deo. Siquis autẽ hoc fecerit, seuerissime corripiatur. 7

